

populum in illo tempore. & sedebat sub pal
ma inter rama. & bethel in monte effraim.
& ascendebant ad eam filii israhel in omne
iudicium. debbora quae interpretatur
apis. siue eloquilla. In propheta & forma
accipienda est. de qua scribitur. quam
dulcia faucibus meis eloquia tua. conside
remus ubi locus prophetae esse discer
nitur. sub palma inquid sub palma
sedem habet propheta. qua quotidie
institutionibus erudit. ad palmam supne
uocationis adducit. Inter medium autem
rama. & in medio bethel sedere dicitur
propheta. Rama interpretatur excelsa.
bethel autem domus dei. utraq; quia nos in
ter domum dei positos. nonque inter ra
pinas querere docet. sed quae in caelis sunt. hae
misit & uocauit ad se barach. barach interpre
tatur coruscatio. coruscatio est qui habet
quidem lucem sed non permanentem.
Admodicum enim temporis reprehendit
& desinit. hic ego barach formam gerit
prioris populi. qui primo omnium pro
phetam uocatus & inuitatus ad audienda
eloquia dei. Refulsit quidem in legis splen
dore. & breui tempore coruscauit. sed non
diu permansit. cum ergo dixisset debbora
ad barach. id est propheta ad priorem
populum. Tibi praecepit dns deus israhel.
& tua ascende in montem thabor. & accipe
decem milia uiros. Respondit barach
ex persona prioris populi ad prophetam
non ascendam. nisi & tu ascenderis mecum.
Dicit ad eum debbora. ibo tecum. sed non erit
primatus tuus in uia qua incedis. sed in
manu mulieris tradet sysarram. euidenter
ostendens. quia non est apud illum po
pulum primatus. nec permanet apud
eum uictoriae palma. sed apud iahel
mulierem. id est ecclesiam. Nam iahel
ista alienigena. In cuius manu uictoria
facta est. figuram tenet ecclesiae ex gen
tibus congregatam. iahel enim interpre
tatur ascensio. qua per ecclesiam ascen
ditur ad caelum. Ista palo sysarram hostem
interficit. id est lignum crucis acumine &
uirtute. diabolum interimit. quod
barach. id est prior populus per legis
praecepta facere non potuit. Solaenim
ista per lignum in quo spiritalibus sacra
mentis credentium salus est. fidei hostem
ad figit. quem deinde mortuum pellit.
obtegit. id est inclusum in carnalium
cordibus de reliquit. Non enim latent
mortua ipsius. nisi in corruptibilitate
uitiis uiuentibus & peccatis mortalibus per
petrantib. quidam praeuiuentes segre
gantur a corpore christi efficiuntur membra
diaboli.

Traditur deinde populus israhel in manu
madian. pro cuius liberatione loquitur
angelus dni ad gedeon. cuius gesta quid
mystice significent demonstrandum est.
Gedeon namq. cum subarboue quercus
tritice meteret uinea cederet. & apes
frumenta ex cuteret. angelum uidit.
& accipiens ab eo oraculum. ut a potestate
hostium populum dei in libertatem re
ducere. Iste gedeon nimirum figuram
gestabat christi. qui sub umbra sacrae crucis
praedestinato in carnationis futurae
mysterio constitutus recti iudicii

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc159/0267